

*Predicata essentialia excludunt aequalitatem.*  
Per se, Per accidens; Cathegoricæ, Naturaliter, Præter naturam, Formaliter, Perfectionaliter, Identificæ.

*Dicitur i.c. 11.*

*Predicatio eiusdem de eodem dicitur universaliter a diuino.*  
com. 3. & 10.  
diuini t. com. 8.

*Habetur 7. diuini. t. com. 59.*

*Lib. D. 4. q. 1.*

*Essentia est res generans, i.e. pater cuius essentia.*

*Dubitatio.*

*L. 5. de Trini. c. 5.*  
*Lib. de f. ad Petrum.*  
*Lib. 6. de Tri. cap. 7.*

Per se prædicatio dicitur esse quando prædicatum est diffinitio subiecti, vel pars, ut homo est animal, vel homo est animal rationale, mortale. In ista prædicacione, non datur processus infinitus, quia in essentialiter ordinatis deuentium est ad unum generalissimum, supra quod non datur aliud, vel ad speciaffissimum, & individuum, vlti a quod non datur aliud, de hac, Aristoteles in lib. postea & diuinorum.

Prædicata essentialia sunt tria primi modi, sunt Genus, differentia, & diffinitio.

Prædicatio per accidens est, quando prædicatum est extrinsecum subiecto, ut homo est musicus, pannus albus. In his etiam prædicacionibus datur status. Quia omnia accidentia sunt in prædicamentis, & prædicamenta sunt finita, ergo.

Prædicatio categorica est illa ad quam sequitur tota sincathorematicæ, quoties prædicatum non repugnat partibus, ad totum categoricum, & integrale sequitur totum partium, ut partes iste albus, ergo omnes partes parietis albae. Exem. Si dixeris fortis currat, ergo manus fortis currat, non consequitur, quia repugnat manu currens. Tamen si dixeris fortis, est in domo Regis Francie, ergo & manus, consequitur, quia prout prius manus est esse in loco.

Prædi. naturalis est quando prædicatum aut est maius subiecto ut leo animal, aut aequale, ut homo animal rationale.

Prædicatio preter naturam est, quando prædicatum est minus subiecto, ut Homo est Socrates.

Prædicatio formalis inquit Biela, est quando prædicatum dicitur de subiecto immediate, secundum suam propriam rationem, & non per aliud, ut in exempli. Pater est generans, filius, & genitus, essentia est communicabilis, & dicitur prædicatum totale, vel pars principalis, quoniam per istud prædicatum cognoscitur esse patris distinctum a filio, & filij essentialia. Addo. Dicitur formalis, Quia sic per ista cognoscimus patrem, & filium, sicuti a forma est rei cognitis.

Prædicatum perfectionale simpliciter est conceptus includens omnem perfectionem sine diminutione. Hoc modo quando dicitur leo est animal non est perfectionalis, quia non includit omnem perfectionem, quia potest illi competere. Nam animal non dicit omnem perfectionem, sed quando dicitur. Homo est animal rationale est prædicatio perfectissima, quia nulla species dicitur esse perfectior, ac omnis animalis inclit gradum.

Prædicatio identifica est quando prædicatum dicitur de subiecto, & est idem cum subiecto, sed mediante aliquo addito, vel inclusu sine quo non conueniret subiecto. Exem. Essentia est pater generans. Filius est essentia communicabilis, vel essentia est res genita. Ideo prædicatum est idem cum subiecto, & supponit idem quod subiectum. Nam idem sunt res genita cum essentia. Idem est pater generans, quod est prædicatum, cum subiecto, quod est essentia. Nam si dicatur Filius est essentia communicabilis, tamen valet ac si quis dicat: Essentia communicatur filio per generationem. Stante hac distinctione. Querit modo Magister Sent. An sit vera & perfecta prædicatio ista. Deus est Trinitas?

R. Quod multi nolunt concedere, quod Trinitas prædicetur de Deo. Nam dicunt licet essentia, vel substantia diuina prædicetur de tribus personis, tamen negant, quod tres personæ possint prædicari de essentia.

Tamen Augustinus dicitur lib. 11. de Trinitate, c. 6. R ecce ipse Deus Trinitas intelligitur Beatus, & solus potens, ergo Trinitas prædicatur de Trinitate.

Confirmat ex Apostoli sententia scribens ad Thymo. de Aduento Christi d. Quem ostendit Beatus, & solus potens. Rex Regum & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, qui est ipsa Trinitas, ergo Deus est Trinitas, ergo Deus tres personæ.

Idem asserit s. lib. de Trini. c. 5. Non tres Deos sed unum Deum dicimus esse ipsam præstantissimam Trinitatem, ergo vera est propositio.

Idem in lib. de fide ad Petrum in expositione symboli asserit Deum esse Trinitatem. scilicet Patrem Filium, & Spiritum Sanctum, ergo.

Idem in lib. 6. de Trini. c. 7. Dicimus Deum solum esse Trinitatem: Hinc concludit, quod non solum Deus dicitur Trinitas, sed conueniuntur, quod Trinitas est unus Deus, & tres personæ una deitas, ergo.

## CONTRA HANC CONCLUSIONEM.

Comprobata & corroborata his rationibus modo insurgunt difficultates quibus probatur, quod nullo modo possit esse vera prædicatio, & quod repugnat omnibus modis prædicandi.

1. Arg. Repugnat prædicationi naturali, quoniam illa non est naturalis prædicatio vbi singularia prædicantur, de vniuersali.

At hic singulares, & individuales personæ prædicantur de essentia diuina, quæ est quid commune, ergo.

2. Illud prædicatur de aliquibus quod est causa constitutiva illius. At personæ non constituant essentiam, sed contra constituant per essentiam, & per relationem, ergo non possunt prædicare. Minor est clara, probo maiorem.

Certum est quod animal, & rationale prædicantur de homine, quia constituunt hominem, ergo personæ non constitutive, non possunt prædicari.

3. Que dicunt repugnantiam alterum non erit alterius prædicatum. At personæ dicunt repugnantiam cum diuina essentia, ergo non erunt prædicatum illius. Maior vera. Probo minorem. Nomen.

Partituum & discretum, repugnat nomini collectiui. Exem. Ista repugnat unus solus homo, & omnis homo, cum unus sit nomine partituum, & discretum, & omnis homo collectuum, ergo repugnat ad uniuersum unus Deus est Pater, Filius, & S. S. cum alterum sit partituum, & discretum, & alterum collectuum.

4. Pre-